



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De triplici modo periurii. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



iuretur, etsi non sit tibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest veritas. Quibusdam placeat non esse periurium, ubi non est mendacium, & sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum fortè dixit Apost. cum se venturum ad Corinth. promisit: nec tamen sicut ei imponebatur, culpā mendacii contraxit, quia sic animo sentiebat, etiam si iuramento illud firmasset, non periuriū incurrisset: quia quantum in ipso fuit, verum dixit, & si iurationem addidisset, quantum in se foret, verum iurasset, etsi aliter eueniret quam dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sentiat animo quam dicit, siue ita sit siue non sit: ita videtur quibusdam neminem periurum constitui, nisi aliter sentiat animo quam loquitur, siue ita sit siue non.

*De triplici modo periurii.*

*De verbis  
his, Nolite  
iurare, Iac.  
Apost. ser. 28.  
Non longè à  
prin int 10.*

Sed melius creditur & ille peierare, qui falsum voluntate fallēdi iurat, & qui falsum putans quod verū est iurat, & qui verū putans, quod falsum est, iurat. Vnde Aug. Homines falsum iurāt vel cū fallunt vel cum falluntur. Aut putat homo verū esse quod falsum est, & temerè iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamē pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant a. illa duo periuria quae cōmemorauit. Fac illum iurare, qui verum esse putat pro quo iurat, verum putat esse, & tamē falsum est: non ex animo ipse peierat, sed fallitur. Hoc pro vero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens iurationē interponit. Da aliud qui scit falsum esse, & iurat tanquā verum sit quod falsum scit esse. Videtis quā ista detestanda sit bellua. Fac alium qui putat falsum esse, & iurat tanquā verū sit, & fortè verum est. V.g. vt intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hominē & dicit pluuisse: & tunc pluit ibi, sed putat non pluuisse, periurus est. Interest quēadmodum verbum procedat ex animo: reā linguam

non



non facit, nisi rea mens sit. Hic euidenter traditur, quod tripliciter peierat homo, ut supra diximus: dū vel sciens falsum iurat, vel putans falsum quod verū est iurat, vel existimans verū quod falsum est iurat. Sed hoc extremum non videtur esse periurium, etiam si periuriū nominetur, eo quod falsum iuratur, non videtur reus esse periurij qui sic iurat: quia nō est mens eius rea, & ideo nec lingua. Imo eius mens rea est, dum iurare præsūmit, quod perspicue verum nō deprehendit, Non ergo omne periuriū mendacium est, nec omnis qui peierat mentitur: sed omnis mentiēdo iurans peierat, & omnis qui falsū iurat siue mentiens siue nō, peierat. Cum vero quis iurat quod verū est existimans esse falsum, quæritur quid sit tibi periuriū? Ipsa enim significatio vocis vera est quia verum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio vel falsum vel mendacium est, quia vera est: & q̄ verū est, periurium nō videtur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic sc. contra mentem, sub attestatiōe iuramenti esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratiōe periurium est. Periurium ergo est vel iurando loqui falsum, cū intentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine intētiōe fallendi, vel iurando loqui verum cum intentione fallendi. Hic opponitur. Si omnis qui falsum iurat, peierat: tunc q̄ alicui promittit dare sub certo termino aliquid q̄ tamen nō facit, ex quo iurauit, peierauit, quia falsum iurauit. Non n. ita futurū erat ut iurauit. Ad hoc dici potest, quia non omnis qui iurat quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste de quo agim⁹: sed ex quo propositū mutat vel terminum trāsgreditur, iuratio talis fit periuriū reatu.

*An iuratio sit malum.*

Si a. quæritur. Vtrum iurare sit malum? Dicimus aliquando malum esse, aliquādo non. Sponte enim & sine necessitate iurare, vel falsum iurare,

Vu 5

pecc

*Quæstio.*

*Oppositio.*

*Determinatio.*